



**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

XXIV. An, & quid nomine dignitatum, administrationum, & officiorum
(quibus Motus Pij V. incipiens, Decorum & honestati, Moniales absque
legitima licentia egredientes, ac facultatem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

etiam per alium licitè adiuvare conſilio, & inſtrumentis, niſi obſtet lex ſpecialis, vel ſpecialis obligatio ratione officij.

9 Nemo poteſt ad violandam cuſtodiam reo cooperari principaliter, quia publicam cuſtodiam violare eſt res per ſe gravis, ac proinde ſoli reo permiſſa.

10 Reus poteſt effringere licitè carceres ad fugiendum, etiamſi in eo cuſtodiantur multi alij, qui poſſint cum damno alterius fugere, quia vitur in re ſuo.

11 Reus fugiens à carcere gravis punitur, & maxime ratione præſumpti delicti.

Respondetur, & dico primò, poteſt ante ſententiam Iudicis licitè fugere (niſi promiſerit, vel iuraverit non fugere) quia ante ſententiam Iudicis nullum habet manendi præceptum: ideoque in hoc caſu carcer non ſe habet per modum pænæ, ſed ſolum per modum cuſtodie: quare ſi negligenter cuſtodiat, cuſtodis hæc culpa eſt, reus autem iure, ac libertate ſua vitur: ſic ex communi Conar. 1. reſolut. cap. 2. num. 11. & ſeqq. Driedo cit. cap. 6. Valquez diſput. 174. cap. 2. Leſſ. de inſtit. & iur. lib. 2. cap. 31. dubit. 5. Nauar. comment. 4. de Regularib. num. 63. Aragon 2. 2. quaſt. 69. art. 4. controuerſ. 2. concl. ſ. 1.

2 Dico ſecundò, poteſt etiam poſt ſententiam mortis, mutilationis, vel cuiuſcumque alterius ſimilis mali gravis licitè fugere, quia nimis dura, & ab hominum naturali inclinatione aliena videtur in tali caſu perſiſtentia in carcere, ſi facile reus inde ſe liberare poſſit. S. 1. hom. cit. art. 9. aſſ. 96. art. 4. a 2. Caietan. ibid. Conar. Driedo, Toletus, Aragonius in locis ſupra cit. & Sylu. verſ. fugere.

3 Quinimò poteſt adhuc funem, vincula, & carceres licitè perfringere, quia cui conceſſus eſt finis, conceſſa ſunt etiam media ad finem neceſſaria, ſic contra Henricum citat. quaſt. 26. Maiorem in 4. diſp. 15. quaſt. 22. Conar. loco ſupra citat. num. 14. Simancam de Carbol. Inſtit. tit. 16. num. 28. & Sylueſtrum loco cit. & verb. accuſatio, num. 12. docent Caietanus, & Driedo locis citat. Sotus lib. 5. quaſt. 6. art. 4. Nauar. cap. 17. num. 102. & videri etiam poterunt Saloniſius locis citat. conclus. 4. Suarez lib. 5. de legibus, cap. 10. num. 16. & Leſſ. num. 39. qui hanc fugiendi licentiam extendunt etiam ad caſum, quo quis damnatus fuerit ad perpetuum carcerem, ad tritremes, vel ad ſervitutem, quia etiam nimis dura, & à naturali inclinatione aliena videtur eſſe obligatio perſiſtendi in perpetua, vel duriffima cuſtodia, captivitate, vel ſervitute, ſi inde facile reus ſe eximere poſſit.

4 Excipe, niſi quis iuramenti, vel voti, vel ſpecialis promiſſionis vinculo ad permanendum ibi obligatus ſit: quia ratione Religioſus iuſſe ad perpetuum carcerem damnatus fugere licitè non poteſt, quia ratione voti obedientie tenetur Præſbitero obedire in omnibus, quæ ſunt ſecundum Regulam, & acceſſoria ad Regulam (ſicuti diſſuſe dicebam ſupra dubit. 3. per totam) Suarez lib. 5. de legib. cap. 10. num. 17. & videri etiam poterit Nauar. citat. comment. 4. de Regular. num. 64. qui tamen vniuerſim negat, poſſe reum poſt ſententiam latam à captivitate fugere: quod etiam docent non improbabiliſſe Sotus de inſtit. & iur. lib. 5. quaſt. 6. art. 4. Valquez diſput. 174. cap. 1. in fin. & ex parte Sanchez lib. 6. moral. cap. 8. num. 12. At quod dixi eſt multò probabilius.

7 Conueniunt tamen (vt videre eſt apud Angelum verb. fugere, Sylueſtr. ibid. Caietan. cit. art. 4. quaſt. 6. Sotum cit. quaſt. 6. art. 4. Conar. in cit. cap. 2. num. 9. & Valquez cit. diſput. 174. cap. 3.) communiter Doctores in eo, quod reus, etiam ad grauiffimam pœnam damnatus, quamvis poſſit licitè fugere, poſſit etiam

licitè non fugere, ſed amore iuſtitie Iudicis ſententie ſe conformare: quin & licitè poteſt mortem committere vltro Iudici ſe ſiſtere, & occaſionem iuſtitie exercendæ ſubminiſtrare, quia ſicuti alius Iudici licitè ſuadere poteſt, vt publica auctoritate reum ad iuſtam mortem condemnet motiua iuſtitie; ita etiam licitè poterit ipſe reus ex eodem motiua iuſtitie. Leſſ. de inſtit. & iur. lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 28. & Petr. Nauar. de reſtit. 2. p. ap. 3. num. 75.

Dico tertio, in omni caſu, in quo reus licitè poteſt fugere, cuiusque rei cauſa compedes, & carceres effringere, poteris etiam tu licitè ad id reo conſilium, & inſtrumenta ſubminiſtrare, quia licet ordinariè tibi opem alteri ferre ad id, quod ille licitè facere poteſt, niſi obſtet lex ſpecialis id prohibens, vel ſpecialis obligatio ratione officij; qua ratione licitè non poteſt Iudex, cuſtos, & quicumque alter iuſtitie miniſter reum adiuvare, vt à carcere fugiat. Caiet. cit. art. 4. ad quaſt. 5. Saloniſius ibid. contr. 3. Valquez diſput. 174. cap. 3. Driedo cit. cap. 6. & Sà loc. ſupra cit. num. 9.

Quamvis licitè non poſſit ad violandam cuſtodiam reo principaliter cooperari; quia publicam cuſtodiam violare, eſt res per ſe gravis, ac proinde ſoli reo, ratione grauiffimæ neceſſitatis ſuæ declinandæ permiſſa, non item alteri, ſi id agat vt cauſa principalis. Quod dixi, quia ſi id agat vt inſtrumentum, verbi gratia, ſi ſeruus iuſſu domini in cuſtodia ſimul cum domino manens, carcerem, & compedes effringat, id licitè poterit facere; quia quod quis poteſt per ſeipſum, poteſt etiam per alterum, vt inſtrumentum ſuum, efficere.

Obiicies: Fuga rei cedit in detrimentum cuſtodis, & Reipublicæ; cum etiam alij in cacere detenti poſſint eſſugere: ergo reus non poteſt licitè à carcere fugere.

Reſpondetur: tranſeat antecedens: at nego confequentiam; quia id reus poteſt permittere, cum vitur iure ſuo, Regal. ff. 55. nullus videtur dolo facere, qui iure ſuo vitur. Et cuſtos, & Reipublica ſibi imputent, ſi non didicerint cautius agere.

Obiicies ſecundò, in l. 1. ff. de effraCTORIBUS, dicitur ſupplicium ſumendum de iis, qui à carcere, foribus extractis, vel conſpiratione facta, erumpunt: ergo.

Reſpondetur: loquitur ibi Iuriſconſultus in foro externo, non interno: vel loquitur etiam in foro interno, ſecutus opinionem oppoſitam non omnino improbabilem, quam tenent Henricus, Maior, Conar. Sylu. & Simanca, vt ſupra dicebam, vel tandem Iuriſconſultus ibi dicit, ſupplicium ſumendum de iis, qui, &c. ratione delicti præſumptionis gravis, quam generat rei fuga, carcerisque extractio, præterquam quod intereſt Reip. tales, quamvis minus noxios, aliquantò grauius puniri propter bonum publicum, vt publica cuſtodia inuiolata permaneat.

DUBITATIO XXIV.

An, & quid nomine dignitatum, adminiſtrationum, & officiorum (quibus Motus Pij V. incipiens, *Decori, & honeſtati*, Moniales abſque legitima licentia egredientes, ac facultatem egrediendi concedentes priuat) intelligatur?

SUMMARIVM.

1 Nominè dignitatum, adminiſtrationum, & officiorum intelliguntur Generales, Prouinciales, & Superioriores.

- periores locales, ut Abbas, & Abbatissa, Prior, & Priorissa, &c. non item alia officia, qua coniunctam non habent administrationem.
2. Nomine Dignitatum, administrationum, & officiorum intelligitur etiam officium Visitatoris, Commissarii Generalis, & Vicarii Monachorum, vel Monialium, non autem officium Diffinitoris, vel Discreti in Religione Capuccinorum.
 3. Nulla simonia (etiam realis) id est vtrunque consummata, inducit penas iuris (in quibus est etiam penalis restitutio accepti) nisi in Religionis ingressu, ordine, & beneficiis.
 4. Committens realem simoniam in sacramentis conferendis, vel accipiendis, & in aliis similibus spiritualibus vendendis, peccat graviter, sed non tenetur pena excommunicationis, suspensionis, aut inhabilitatis.
 5. Committens simoniam mentalem peccat graviter, sed non contrahit excommunicationem, &c.
 6. Iurisdiclio Ecclesie solum se extendit ad opera externa puniunda.
 7. Committens simoniam in Religionis ingressu, ordine, & beneficiis, etiam conventionalem, siue pure conventionalem, siue mixte, non incurrit excommunicationem.
 8. Excipe simoniam confidentialem in beneficiis, qua penas iuris inducit, etiamsi non sit completa ex utraque parte.
 9. Simonia confidentialis, nisi sit simul realis, licet ipso facto inducat excommunicationem, tamen probabiliter nec inhabilitatem ad beneficia, nec priuationem beneficii in foro conscientie ipso facto inducit, sed solum in foro externo.
 10. Idem dic de simonia, qua committitur siue in electione Pontificis, siue in examine ad Parochias.
 11. Electio Pontificis etiam per simoniam facta, si aliquin à duobus tertiis partibus Cardinalium legitime facta sit, non est ipso iure irrita.
 12. Simonia realis probabiliter non obligat ad restituendum spirituale simoniace acceptum, præterquam beneficium; obligat tamen ad restituendum temporale simoniace acceptum, etiam ante sententiam, ob Religionis ingressum, Ordinem, & beneficium.
 13. Simonia, qua fit in sacramentis, vel aliis spiritualibus exceptis recensitis in opinione nonnullorum Doctorum, non obligat simpliciter ad restituendum pretium simoniace acceptum.
 14. Simonia non obligat ad restitutionem de iure nature, sed solum de iure positivo.
 15. Doctores pro utraque sententia afferuntur, & primo pro affirmativa, quod officia regularia pari passu cum beneficiis eant in materia simoniae, sed negativa præsertim in officiis amonabilibus est satis probabilis, & cur.
 16. Conferens, vel acquirens beneficium per simoniam realem, penas iuris incurrit, secus tamen est in Prælatibus, & officiis Regularium.
 17. Vendens in patronatus, licet sit quidem simoniacus, & peccet mortaliter, non tamen est excommunicatus, nec alias simoniaci penas incurrit.
 18. Canonici, si Sede vacante in electione Vicarii conveniant, ut salarium, & emolumenta ex officio proueniant inter omnes diuidantur, sunt simoniaci, & peccant mortaliter, non tamen sunt excommunicati, & aliis simoniae penis affecti.
 19. Vicariatus, licet sit quid spirituale, non tamen est beneficium.
 20. Opinio Soti asserentis, quod omnis simoniacus incurrat excommunicationem, non probatur.
 21. Verba (quomodolibet dando, vel recipiendo) posita in Extravaganti 2. de simonia, intelliguntur tantum de Religionis ingressu, Ordine, vel beneficio.
 22. Nomine officiorum Ecclesiasticorum in cit. extravaganti intelliguntur beneficia.
 23. Permutans, vel paciscens propria auctoritate beneficia, simoniam committit, secus est de permittente, vel paciscente propria auctoritate Prælatibus, vel officiis Regularibus, mutuas preces, mutua sacrificia, mutuam operam in audiendis confessionibus, &c.
 24. Non est iniuria rei sacra si cum alia sacra componatur, sed cum temporali.
 25. Simonia non est si duo adulti paciscantur, ut se mutuò baptizent.
 26. Regulares, si inter se conveniant, seu paciscantur, elige me in Provinciale, & ego eligam te in Priorem, graviter peccant, sed a simonia excusantur.

Respondetur, intelligi (quidquid in contrarium dixerit Lezana tom. 1. cap. 10. num. 32.) dignitates, administrationes, & officia habentia coniunctam Superioritatem quandam, ut esse Generalem, Provinciale, aut Superiorem localem, ut Abbatem, vel Abbatissam, Priorem, vel Priorissam, &c. non item intelligi etiam alia officia, ut esse Confessorem, Concionatorem, Theologiae Lectorem, Pharmacopœæ, vel sacristiæ Præfectum, &c. Probatur, quia Sixtus V. sic quendam suum Motum (priuantē Regulares illegitime natos dignitatibus, gradibus, & officiis) explicat altero suo posteriori Motu: ergo idem à simili dicendum est etiam in casu nostro, præsertim cum penæ semper sint restringendæ, quapropter & Motum Clementis VIII. de largitione munerum vtemem iis verbis sic etiam explicant Soula in exposit. illius, num. 101. & alij Doctores, quos sequitur Filliucius, & Bonacina de clausura, quæst. 1. punct. 4. num. 6. & Motum Pij V. & Gregorij XIII. interdicentium ingressum feminarum in Monasteria virorum, similiter sub pena priuationis officij in admittentes, sic etiam explicant Rodriguez in exposit. eius Motus Pij V. num. 21. & Sorb. verb. Ingressus Monasteriorum Monial. num. 8. qui rectè subdunt, nomine dignitatum, administrationum, & officiorum intelligi etiam officium Visitatoris, Commissarii Generalis, & Vicarii Monachorum, vel Monialium; non autem officium Diffinitoris, vel Discreti in Religione Capuccinorum, quod tamen non dicas de Definitoribus, & Consultoribus nostræ Clericorum Regularium Theatinorum Religionis; cum hi superioritatem quandam coniunctam habeant.

An autem officium Generalis, Provincialis, aut Superioris localis includatur sub nomine beneficii ad incurrendas penas simoniae?

Suppono, nullam simoniam (etiam realem, id est, vtrunque consummatam, per traditionem scilicet pretij, & rei spiritualis) inducere penas iuris (in quibus, præter excommunicationem, suspensionem, & inhabilitatem, est etiam penalis restitutio accepti) nisi in religionis ingressu, Ordine, & beneficiis, vti docent Sylu. verb. Simonia, quæst. 19. Nauar. cap. 23. num. 111. Tannerus in 2. S. Thom. disput. 5. quæst. 8. dub. 4. num. 45. Gordon. tom. 2. lib. 8. quæst. 9. cap. 3. §. 1. num. 8. Sanchez in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 117. num. 3. & alij passim.

Vnde si quis in aliis sacramentis conferendis, vel accipiendis, in consecrationibus, benedictionibus, dispensationibus, in pensione vendenda, vel emenda, vel redimenda, in Vicaria temporali conferenda simoniam (etiam realem) committat, graviter quidem peccabit, non tamen contrahet penas iuris

iuris, id est, poenam excommunicationis, suspensionis, aut inhabilitatis, &c.

Idemque secundo dicas, si committat simoniam mentalem (quæ absque externo aliquo contractu tacto, vel expresse peragitur) etiam in Religionis ingressu, Ordine, & beneficiis, ut ex Extravag. cum deestabile, de simonia, & c. final. evd. tit. in Decretalibus, docent communiter Doctores. Quod adeo verum est, ut plerique Doctores satis probabiliter sentiant, Ecclesiam non posse simoniam internam (quæ scilicet nullo modo in opere externo ex natura rei deprehendi potest) punire, eo quod ipsius iurisdicatio solum ad opera externa præcipienda vel vetanda, & consequenter ad illa solum puniendi se extendat.

Idemque tertio dicas, si committat (etiam similiter in Religionis ingressu, ordine, & beneficiis) simoniam conventionalem, siue purè conventionalem, id est, neutra ex parte completam, siue conventionalem mixtam, quæ completa est ex altera tantum parte, ut quodammodo constet ex reali, & conventionali (ut si pactioe inita conferatur beneficium, altera parte nondum solvente pretium, vel e contra, si solvatur pretium, nondum collato beneficio, cuius simoniæ species est simonia confidentialis, quia quis paciscitur cum eo, cui confert, vel renuntiat beneficium, ut illud cum suis fructibus, vel eorum portione cedat alteri, verbi gratia nepoti, vel fratri, &c.) ita ut poenas iuris (id est excommunicationem, suspensionem, & inhabilitatem, &c.) in dicto casu non incurrat, incurrat tamen eas, si committat simoniam in Religionis ingressu, Ordine, vel beneficiis realem (id est, quando pactio ex utraque parte completa est, saltem inchoatè, ut si collatio Religionis ingressus, Ordinis, vel beneficii facta sit, & pretij pars soluta (sicuti patet ex cit. Extravag. cum deestabile, ibi: Qui conventionem facta quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserint: & ex Tridentino sess. 21. cap. 1. ibi: Tam dantes, quam accipientes, & contra Caietanum verb. Simoniam, Sotum de iustit. & iur. lib. 9. quest. 8. art. 5. & quosdam alios docent Sylvest. Nauar. in locis supra citat. Couarr. in Clementi. si furiosus, part. 1. §. 2. num. 7. & part. 2. §. 3. num. 4. Vgolin. tab. 4. cap. 6.

Excepta solum simonia Confidentiali in beneficiis, quæ simonia poenas iuris dictas inducit, etiam si non sit completa ex utraque parte, sed tantum ex una parte (si enim ex neutra parte completa est, adhuc illas non inducit, ut rectè insinuat Nauar. supra, & colligitur ex ipsa bulla cit. cum ibi significetur, beneficium debere esse simoniacè receptum) quamvis Tannerus in 2. 2. S. Thom. disput. 5. q. 8. d. bit. 4. n. 99: sentiant, quod & simonia confidentialis ista, licet quidem ipso facto inducat excommunicationem, non tamen probabiliter non inducat, nec inhabilitatem ad beneficia, nec priuationem beneficii (nisi eadem simonia simul realis sit) in foro conscientie ipso facto, sed solum in foro externo, ideoque post sententiam declaratoriam criminis, qui Doctor loco cit. subdit, quod probabiliter hoc idem locum habeat in simonia, quæ committitur, tam in electione Pontificis, quam in examine ad parochias: subdit secundo, quod probabiliter electio Pontificis, etiam per simoniam facta, si alioquin à duabus tertiis partibus Cardinalium legitime facta sit, non sit ipso facto irrita. Subdit tertio, quod & probabiliter nec simonia realis obliget ad restituendum spirituale simoniacè acceptum, præterquam beneficium; obliget tamen ad restituendum temporale simoniacè acceptum, etiam ante sententiam, quamvis ex probabili etiam opinione satis sit ante sententiam illud restitui ei, à quo acceptum est: idque si loquamur de simonia in Religionis ingressu, Ordine, & beneficiis: nam si loquamur de alia simonia (quæ sit in aliis spiritualibus, vel sacramentis) multi

Doctores (quos citat, & sequitur Turrianus in disput. select. centur. 5. Theolog. dubit. 59.) sentiant, quod simpliciter non obliget ad restituendum pretium simoniacè acceptum: supponunt enim simoniam non obligare ad restitutionem ex iure naturali, sed solum ex iure positivo, quod non obligat ad restitutionem, nisi in simonia quoad Religionis ingressum, Ordinem, & beneficia, & modo, quo supra dicebatur. His positis.

Respondetur, quod (quamvis affirmant propter Extravag. 2. de simonia, Raynerius in Catal. censur. cap. 9. excommuni. 12. Caiet. verb. Excommunicatio, cap. 75. Nauar. cap. 27. num. 116. Suarez tom. 5. disput. 22. section. 5. num. 24. & disput. 31. sect. 4. num. 45. Less. de iustit. & iur. lib. 2. cap. 35. dubit. 25. num. 137. Sanchez in opuscul. tom. 2. lib. 2. cap. 3. dubit. 104. num. 5. & 11. & dubit. 107. num. 3. Peregrin. in Constitut. part. 3. cap. 1. litera l. §. 2. re. 7. loquens de Consultoribus, Definitoribus, & præpositis nostræ Religionis, Reginaldus lib. 23. cap. 12. num. 182. Portell. in dubit. Regularib. tom. 2. verb. Simoniam, num. 3. Hieronym. Rodriguez in Compend. 99. Regular. resolut. 129. numero 5. Gordon. in summa tom. 2. lib. 7. questione 13. cap. 4. numero 70. Sebastianus à Bononia in tractat. de elect. parte 2. cap. 1. dubit. 58. num. 18. Tamburin. de iure Abbat. tom. 2. disputat. 10. quest. 5. num. 3. & 4. & alij, quia huiusmodi officia sunt beneficia Regularia (nihilominus negent (præsertim in officiis attingibilibus, pendentibus scilicet ex arbitrio delegantis, ut sunt in nostra Religione Clericorum Regularium Theatinorum Vicarius, qui pender ad libitum ex voluntate Superioris localis) satis probabiliter Azor. part. 3. lib. 12. cap. 21. quest. 6. Peirinus de Relig. sub di. o. om. 1. quest. 1. cap. 31. §. 9. dist. 21: Barbosa in Collectan. tom. 3. lib. 5. Extravag. 2. num. 9. Bonacina tom. 1. de simonia, disputat. 1. quest. 7. §. 2. num. 2. quia si Pontifex in d. Extravaganti 2. de simonia, per beneficia non voluisset intelligere solum ea, quæ propriè beneficia vocantur, sed quælibet alia regiminis spiritualis, & sic Regularium officia, clarius in illa Extravaganti locutus fuisset: quapropter cum simus in materia poenali, verba non sunt amplianda, sed potius restringenda; & non valet argumentum à pari, vel à maiori ad minus, sed proprietati verborum standum est; & nomine officiorum Ecclesiasticorum, quod aliquando in dicta Extravaganti ponitur, non intelliguntur quælibet officia Ecclesiastica, sed solum beneficia propriè dicta, sicuti colligitur ex verbis antecedentibus, & consequentibus; siquidem Pontifex, ut omnia beneficia generaliter comprehenderet, usus est dictis verbis, cum fieri possit, ut aliquod beneficium alicubi officium vocetur.

Ex hac posteriori sententia satis probabiliter sequitur, quod (licet poenas iuris incurrat, qui beneficium acquirit, vel beneficium confert, aut procurat alteri per simoniam realem, eligendo, præsentando, postulando, instituendo, confirmando, vel commendando, &c.) non tamen poenas iuris incurrit, qui per simoniam realem idem efficit in Prælaturis Regularibus, ut Generalis, Prouincialis, aut Superioris localis, sicut nec poenas iuris incurrit, qui idem efficit in officiis Ecclesiasticis non regularibus, quæ non sunt beneficia, neque in pensionibus, vel Vicariis temporalibus, quia de his clare dicta Extravag. non loquitur, ut conveniunt Doctores.

Quapropter rectè dixit Sanchez loc. supra cit. quod vendens ius patronatus, licet sit quidam simoniacus, & peccet mortaliter, non tamen sit excommunicatus, nec alias simoniaci poenas incurrat, quia ius patronatus non est beneficium. Similiter si Canonici, Sede vacante, convenirent, ut quicumque ex ipsis eligeretur Vicarius Capituli, divideret cū ceteris salarium, & emolumenta

- lumenta ex officio prouenientia, omnes quidem essent simoniaci, & peccarent mortaliter, non tamē essent excommunicati, & aliis simoniæ pœnis affecti, quia licet
- 19 Vicariatus sit quid spirituale, non tamen est beneficium. Quidquid in contrarium dixerit Sor. de iustit.
- 20 lib. 9. quæst. 8. art. 2. ad fin. tenens, quod omnis simoniæ incurrat excommunicationem per dicta in Extravag. 2. de simonia, ibi: *Qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam committit.* Et infra: *In beneficiis, & officiis Ecclesiasticis, &c.* ex quibus verbis deducit ipse, quod comprehendatur omnis simonia: ad hoc enim respondetur, illa verba: *Quomodolibet dando, vel recipiendo*, intelligi pro Religionis ingressu, Ordine, vel beneficio, quia de hac tantum simonia Pontifex ibi loquitur, & per officia Ecclesiastica intelligi beneficia,
- 22 sicuti suprâ dicebam, & tradunt Doctores, quos citat Sanchez loco citato.
- 23 Sequitur secundo, quod (licet simoniam iuris humani committat, qui propria auctoritate permutat, vel paciscitur beneficia, quia id sic fieri expressè prohibetur in beneficiis, cap. *quæsumus*, & c. cum olim, de pactis) non tamen simoniam committit, qui similiter propria auctoritate permutat, vel paciscitur Prælaturas, vel officia Regularia, sicut nec simoniam committunt, qui commutant, vel paciscuntur mutuas preces, mutua sacrificia, mutuam operam in audiendis confessionibus, & similibus, & officiis: item nec qui commutant, vel paciscuntur globulos benedictos, & Rosaria, etiam habita ratione sanctitatis, & benedictionis, quia ex natura rei, remoto iure positiuo prohibente (vbi contingit solum in beneficiis) non est iniuria rei sacræ, si cum alia sacra componatur, sed solum si componatur cum temporali: vnde nec erit simonia, si duo adulti paciscantur, vt se mutuo baptizent. S. Th. in 4. dist. 25. quæst. 3. art. 3. ad 8. Sor. de iustit. lib. 9. quæst. 5. art. 2. Durand. distinct. 25. quæst. 5.
- 25 num. 9. Victoria de Simonia, num. 17. Sanch. in opuscul. tom. 2. lib. 2. cap. 3. dub. 44. num. 3. & Tolerus lib. 3. c. 78. contra Richardum in 4. distinct. 25. circa tertium princip. quæst. 1. Adrianum quodlib. 9. ad 4. confirmationem, lit. E. Syluestrum verb. *Simonia*, quæst. 16. in fin. Armil. eod. verb. num. 42. Tabien. num. 46. Lopez part. 1. cap. 259. & Petrum Nauarrum de restitut. lib. 2. cap. 2. num. 86.
- 26 Quapropter excusat Sanch. loc. cit. num. 4. à simonia (etsi aliunde propter damnum Communitatis grauius peccent) Regulares, si inter se conueniant, seu paciscantur: *Elige me in Prouincialem, & ego eligam te in Priorem*, quia licet hæc sint officia spiritualia, non tamen sunt beneficia, & ex alio capite iura dum prohibent commutationem beneficiorum, cum sint iura pœnalia, non debent extendi, sed potius restringi, sicuti suprâ dicebatur.

DVBITATIO XXV.

An, & quando Moniales egredientes è clausura pœnas Motus Pij V. incurrant?

S V M M A R I V M.

- 1 Moniales clausuram violant, & censentur è Monasterio egredi, si ad Ecclesiam suam, vel ad spatium, quod est inter Portam Monasterij clausam, & alteram secularibus patentem, egrediantur, & ita incurrunt pœnas contra violantes clausuram impositas.

- 2 Limita dummodo egressus non sit culpa venialis ratione paruitatis materia.
- 3 Excommunicatio, & pœna tam graues non imponuntur, nisi ob culpam grauem.
- 4 Moniales non incurrunt dictas pœnas, si licitè sine licentia superioris ob periculum in mora adeundi illum, egressæ fuerint, postea ad Monasterium regressæ Superiorem non moneant.
- 5 Moniales iniuste egressæ è Monasterio, si finita causa egressus, statim non regrediantur, sed diu culpabiliter extra monasterium morentur, vel vagentur, non incurrunt dictas pœnas.
- 6 Pœna statuta in motu Clementis VIII. de largitione munerum contrahuntur tantum à largientibus, non autem à recipientibus.
- 7 Moniales conuersæ professæ existentes in Domibus Monasterio contiguas ad petendas elemosynas, non incurrunt dictas pœnas, etiamsi ob inuilia, quin ob praua opera ex illis egrediantur.

Respondetur, quod licet videatur, quod non incurrant, nisi egrediantur è septis Monasterij, non autem si egrediantur è sola clausura strictè sumpta, verbi gratia ad Ecclesiam suam, vel ad spatium quod est inter Monasterij portam clausam, & alteram secularibus patentem, per quam hi ingrediantur (ex eo, quod in Motu dicto Pij V. dicitur, *A Monasterijs exire, nec extra illa, nisi ad necessarium tempus stare.* Et paulò post: *Aliter egredientes, & comitantes, ac receptatrices personas;*) tamen contrarium dicendum sit, quia Pius V. dictas pœnas statuit in Moniales clausuram violantes, sed Moniales clausuram violant, & censentur è Monasterio egredi, si ad Ecclesiam suam, vel ad spatium, quod est inter portam Monasterij clausam, & alteram secularibus patentem, egrediantur, vt explicuit Gregorius XIII. in suo Motu, *Deo sacris virginibus*: ergo Moniales sic egredientes incurrunt dictas pœnas, dummodo egressus non sit culpa venialis, ratione paruitatis materiæ (vt dicam infra dubit. 52.) sed mortalis, quia excommunicatio, & pœna tam graues non imponuntur, nisi ob culpam grauem, cum pœna debeat culpæ proportionari.

Ex his sequitur, quod Moniales (quidquid dixerit Zecchius de Repul. Ecclesiastica tit. de Regularib. cap. 3. num. 15.) non incurrant dictas pœnas si licitè sine licentia Superioris, ob periculum in mora adeundi illum, egressæ postea ad Monasterium regressæ Superiorem non moneant in casu, quo deberent illum monere, iuxta ea quæ dicebam dubit. 21. quia pœna inferuntur contra Moniales iniuste egredientes: hæc autem in dicto casu non iniuste, sed iuste egrediantur.

Sequitur secundo, quod neque Moniales (quidquid dixerit Llamas in append. §. 10.) incurrant dictas pœnas; si iuste egressæ, finita causa egressus, statim non regrediantur, sed diu culpabiliter extra Monasterium morentur, vel vagentur, quia licet hæc vi Motus Pij V. mortaliter peccent, & clausuram violare dicantur, si finita causa egressus statim non redeant, sicuti dicebam dub. 20. tamen quia dictus Motus, quando descendit ad pœnas infligendas, non generaliter loquitur contra ipsius Motus violatores, sed strictè contra solas Moniales illegitimè egredientes, & eis fauentes, fit quod dictas pœnas (cum vtpotè odiosæ, sint restringendæ) non incurrant dictæ Moniales, quia licet hæc post egressum illicitè morentur, non tamen iniuste è Monasterio egredi dicuntur. Vide, quæ dicuntur dubit. 51.

Confirmatur à pari, quia (cum Clemens VIII. in Motu suo de largitione muner. Religiosis prohibita, interdicit Religiosis munerum largitionem, & quibuscumque aliis receptionem absque conditionibus ibi positis,